Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. Aug. perg. 112

[S.l.], [8. bis 9. Jh.]

Isidorus, Etymologiae (VII.xii, XVII.viii.5-12, XVII.ix.3-39)

urn:nbn:de:bsz:31-1464

Visual Library

Cleros et clericos hinc appellatos quia Mathias sorte electus est, quem primum ab apostolis legimus ordinatum. Cleros enim grece latine sors vel hereditas dicitur. Propterea ergo dicti clerici quia de sorte domini sunt vel qui partem domini habent. Generaliter autem clerici nuncupantur omnes qui in ecclesia Christi deserviunt, quorum gradus et nomina haec sunt: ostiarius, psalmista, lector, exorcista, acolitus, subdiaconus, diaconus, presbiter, episcopus.

Prius de episcopis dicendum est.

Ordo itaque episcoporum quadripertitus est in patriarchis, archiepiscopis, metropolitanis, episcopis. Patriarcha greca lingua summus patrum interpretatur, quia primum id est apostolicum retinet locum, et ideo quia summo honore fungitur tali nomine censetur, sicut romanus, antiochenus et alexandrinus. Archiepiscopus greco vocabulo quod sit summus episcoporum. Tenet enim vicem apostolicam et presidet tam metropolitanis quam episcopis. Singulis enim provinciis preminet, cuius auctoritate et doctrina ceteri episcopi subiecti sunt, sine quorum nihil reliquos episcopos agere licet. Sollicitudo enim totius provinciae episcopis commissa est. Omnes ergo ceteri superiores designati ordines uno eodemque vocabulo episcopi nominantur. Sed ideo privato nomine quidam utuntur propter distinctionem potestatis quam singulariter acceperunt. Patriarcha enim pater principum. Archon enim princeps. Archiepiscopus princeps episcoporum, sicut metropolitanus. Episcopatus vocabulum inde dictum quod ille qui superefficitur superintendat, curam scilicet subditorum gerens. Scopin enim grece latine intendere dicitur. Episcopi grece, speculator latine dicitur.

Nam quisquis speculator in ecclesia praepositus dicitur, eo quod speculetur atque perspiciat infra se populorum mores et vitam. Pontifex princeps sacerdotum est, ipse et summus sacerdos dicitur. Ipse pontifex maximus nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdotes atque levitas. Ipse omnes ordines ecclesiasticos disponit. Ipse quid unusquisque facere debeat ostendit. Antea autem pontifices et reges erant. Nam maiorum haec erat consuetudo, ut rex esset etiam sacerdos vel pontifex. Unde et Romani imperatores pontifices dicebantur. Vates autem a vi mentis appellatus est, cuius significatio multiplex est. Nam modo sacerdotem, modo prophetam, modo poetam significat. Antistes sacerdos dictus ab eo quod ante stat. Primus est enim in ordine ecclesiae, et supra se nullum habet. Sacerdos autem nomen habet compositum ex graeco et latino, quasi sacrum dans.

Sicut enim rex a regendo, ita sacerdos a sacrificando vocatus est. Consecrat enim et sanctificat. Presbyter graece, latine senior interpretatur, non pro aetate vel decrepita senectute, sed propter honorem et dignitatem quam acceperunt presbyteri nominantur. Ideo autem et presbyteri sacerdotes vocantur, quia sacrum dant sicut et episcopi. Qui licet sint sacerdotes, tamen pontificatus apicem non habent, quia nec chrismate frontem signant, nec paraclitum spiritum dant, quod solis episcopis deberi lectio actuum apostolorum demonstrat. Unde et apud veteres idem episcopi et presbyteri fuerunt, quia illud nomen dignitatis est, hoc aetatis. Levitae ex nomine auctoris vocati. De Levi enim levitae exorti sunt, a quibus in templo dei mystici sacramenti ministeria explebantur. Hi graece diacones, latine ministri dicuntur, quia sicut in sacerdote consecratio, ita in diacono ministerii dispensatio habetur. Hypodiacones graece, quos nos subdiacones [illegible] dicimus.

qui ideo sic appellantur quia subiacent
praeceptis et officiis levitarum. Oblationes enim
in templo a fidelibus ipsi suscipiunt et le
vitis superponendas altaribus deferunt.
Hi apud hebreos nathinei vocantur.
Lectores a legendo dicte. Psalmiste
a psalmis canendis vocati. Illi enim praedi
cant populis quid sequantur. Isti canunt
ut excitent animos audientium ad conpunc
tionem. Licet quidam lectores ita mi
nistrantes pronuntiant ad quosdam ad
luctum lamentationem quae conpel
lant. Idem et actores pronuntiatores vocan
tur quod porro adnuntiant. Tanta enim
et tam clara erit eorum vox ut quamvis lon
ge positorum aures adimpleant.
Cantor autem vocatus qui voce modula
tur in cantu. Huius duo genera di
cuntur in arte musica sicut docti
homines latine dicere potuerunt.
Praecentor et succentor. Praecentor scilicet
qui vocem praemittit in cantu. Succen
tor autem qui subsequenter canendo
respondit. Concentor autem dicitur
qui consonat nec concinnit nec con
sonserit. Acoliti greco latine ceroferarii
dicuntur a deportandis cereis quan
do legitur evangelium aut sacrificium
offertur. Tunc enim accenduntur lumi
na ab eis et deportentur non ad
fugiendas tenebras dum sol eodem
tempore rutilat sed ad signum le
titiae demonstrandum ut sub typo
luminis corporalis illa lux osten
datur de qua in evangelio legitur.
Erat lux vera quae inluminat omnem
hominem venientem in hunc mundum.
Exorciste ex greco in latinum adiu
rantes sive increpantes vocantur.
Invocant enim super caticuminos
vel super eos qui habent spiritum inmundum
nomen domini Iesu adiurantes per eum
ut egrediantur ab eis. Ostiarii
idem et ianitores qui in veteri testamento
electi sunt ad custodiam
templi ut non ingrederetur eum
inmundus in omni re. Dicti autem
ostiarii quod praesint ostiis templi. Ipsi
enim tenentes clavem omnia intus
extraque custodiunt atque inter
bonos et malos habentes iudicium
fideles recipiunt respuunt infide
les. Explicit. × Storax arbor
arabiae cuius virgulae lacrymas
fluunt cadentes in terram non sunt
mundae. Illae autem quae in virgulis

× haec ex lib. XVIII. Cap. VIII.
XVII. 8, 5

& calamitis in herbis quae munditiae & albi
dae. Et ipse est storax calamites pinguis
odoris iucundi umectae & velut mellosum
liquorem emittens. Storax autem dictus quod
sit gutta quae ex cerbonis profluens & conge
latur. Nam Graeci stagona guttam dicunt.
Graece autem styrax Latine storax dicitur.

Cinnamomum dictum quia cortex eius
in modum cannae sit rotundus & gra
cilis. Gignitur autem in Indiae & Aethiopiae re
gionibus. Frutice brevi duorum tantum
cubitorum. Colore subnigro vel tenuissimarum
virgarum qui cum frangitur visibile
spiramentum emittit ad imaginem
nebulae seu pulveris.

Casia nascitur in Arabia virga robusti
corticis & purpureis foliis ut piperis.
Est autem virtutis cinnamomi similis
sed potentiae inferior unde pro cinnamomi
vice duplex eius pondus in medicamen
tis admiscetur. cap. IX.

Nardus herba est spicosa nominibus
& locis diversis. Unam enim Indica. Alia
Syriaca tertia Celtica. Sed melior Syria
ca. Levis fulva comosa spica parva
odoratissima. Quae simul tum in odore
acri dicitur linguam siccat.

Costum radix herbae est nascentis in India
Arabia & Syria. Sed melior Arabica est enim
alba & levis & suave iucunde odoris.

Crocum a Corycio oppido Ciliciae quod vocatur Coricum
herba boni odoris albidine parum &
porrecta longitudinis integrum
& neque fractum. Spiramentum bonum habet.
Optimum autem est quod fuerit recentius.

Galbanum sucus sucus ferulae dictae
montis Syriae dictum tantum ex quo nomen accepit.
Dictum eno autem tenue potentiae est.
Ut serpentem a corpore expellet sagittarius
secutiat. Unde & eius pabulo ferre
percussi serpentes ex corpore in herbis
eiciunt. Hanc quidam Latinorum pulegium
martis dicunt.

Mandragora dicta quae habeat
mala suave olentia in magnitu
dinem mali Matiani unde & eam
Latini malum terrae vocant. Cuius
radicem formae hominis similitudinem.
& cortex eius vino mixtae ad bi
bendum datur his quorum corpus
propter curam secandum est ut soporati
dolorem minime sentiant.

Ysopus herba purgandis pulmonibus
apta. Unde & in Veteri Testamento
per ysopi fasciculos aspergebatur
a sanguine qui mundari volebat.

nascitur in petris habens saxo radicib:

DE SEPTEM GRADIBUS XPI.

Quomodo et quando xps impleuit in se .VII. gradus. primum lector fuit quando aperuit librum isaiae.

Et dixit sps dni sup me.

Secundo exorcista. quando eiecit VII daemonia de maria magdalene.

Tertio subdiaconus. quando fecit uinum de aqua in chana galileae.

Quarto diaconus quando lauauit pedes discipulorum suorum.

Quinto presbiter quando accepit panem et fregit similiter et calicem dedit discipulis suis. ISTOS .V. GRADOS ante passionem impleuit.

Sexto hostiarius quando portas inferni confregit. et praedam de eo liberauit et ianuas caeli aperuit. ut dr: Tollite et rl usq: rex gloriae.

Septimo eps quando leuauit manum sup capite discipulorum suorum. et benedixit eos.

Discipulos autem dni id est apostolos tribus uicibus legimus accepisse spm scm. prius ante passionem ad uirtutes faciendas. postea post resurrectionem ad peccata dimittenda. ut dicitur insufflauit in eis. et ait. Accipite spm scm quorum remiseritis.

Post ascensionem ad praedicandum. ut paulus apostolus dicit quia caritas dei diffusa est in cordibus per spm scm qui datus est nobis.

DE VII GRADIBUS SAPIENTIAE.

Septem gradus sunt sapientiae hoc est. interrogare humiliter. audire diligenter. credere fideliter. operare utiliter. sperare fortiter. intellegere sapienter. diligere ardenter.

DE PERFECTO PRAEDICATORE.

Septem modis perfectus praedicator praedicat populis. hoc est docendo discipulos. succedendo personis. increpando duros. consolando emendatis. terrendo trepidis. promittendo praemia perseuerantibus;

Septem radices firmitatis et uirtutes unius cuiusq: consecrationis. hoc est locus. tempus. persona. lingua. regula. ordo. auctoritas.

ITEM RECAPITULATIO DE PONDERIBUS:

Calcus minima pars ponderis est quae tenet dimidium siliquae et quarta pars siliquae. id est minuta. et semis sem. Duo semi minutae faciunt siliquae. Siliqua et semis